

X 23A 68 A 9

Hg
97

VII.

MVSARVM ALVMNO PRAECEPTA.

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI**FRIEDERGEST.**

DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
 ANGARIAE AEQVE AC WESTFALIE, COMITIS
 PROVINIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MIS-
 NIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNE-
 BERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENS-
 BERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,
 TONNAE REL.

OPTIMI PATRIAEC PATRIS AC DOMINI NOSTRI
LONGE CLEMENTISSIMI

QVAM DEVOTISSIME CELEBRANDIS

VII. KAL. MAII A. R. S. CLO 10 C C LIII.

NATALITIIS AVSPICATISSIMIS

VT

EXCELLENTISSIMVS

DVCAL. EISENBERG. PRAEFECTVRAE PRAESES, SERENISSIMO DVCI
 SAX. GOTH. A CONSILIIS INTIMIS, REL.

ILLVSTRES AVLAEC PROCERES,
 INSPECTORES SCHOLAE GRAVISSIMI
 ET IN HIS

MAXIME VENERANDVS EPHORVS
 AC QVI MODO PATROCINIO SVO AC FAVORE MVSAS DIGNANTVR;

Hora IX ante meridiem

ACROATERIVM MAIVS

AD ORATIONES BENIGNISSIME AC BENEVOLENTISSIME AVBIENDVS
 EXOPTATISSIMA PRAESENTIA CONDECORARE HAVD GRAVENTVR,

QVAM HVMILLIME, OBSERVANTISSIME ET HYMANISSIME

ROGAT

M. IOH. DAVID GSCHWEND,
 RECTOR.

AERE MARGGRAFIANO.





Bonos, piosque ac clementes Principes imperii dare, non optimatum, non populi, sed solius DEI opus est. Principes dulcissimum Patrum suae cuiusque patriae anhelantes nihil posulant, quod pietati et bonitati non respondeat, nihil imperant, quod molestum sit quodque aegre ferendum.

Principis tam natura mitis non ab ultimis terrae oris est accersendus, sed in SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO, DOMINO, FRIDERICO III, DVCE SAXONIAE, IULIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE AEQVE AC WESTFALIAE, COMITE PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONE MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITE HENNEBERGIAE, COMITE MARCAE ET RAVENSBURGAE, DYNASTA RAVENSTEINII, TONNAE, tel. PRINCIPE ATQVE DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO, PATREM inuenimus patriae, quem DEVIS nobis dedit, CVIVS, si a DEO dilectissimus, incredibili prouidentia annis in vilitate est, subditi a sanguinariarum gentium impetu tui nec vestigialium onere ciues ad asem redacti.

Quam felicissime illucescente SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI die Natali quum cunctorum mentes et ora pro salute INDVLGENTISSIMI PRINCIPI et imperio preces fundant ardentissimas: fileant Musarum aluum, qui ingratu animo nihil deformi habent? Prodibunt in Spectatissimorum Auditorum conspectum.

HUMANISSIMI ADOLESCENTES,

THEOPHILVS KOENIG, qui Venerandi Parentis Camburgen sis Diocesaeos Pastoris et Adiuncti meritissimi, singulari Viri optimi voluptate, expectatione complete laudabili conatu annuitur et elapso iam anno pulcherrime stetit, oratione latina paullo curatus ponderabit: *Num linguarum confuso pena sit ducenda?* Quem excipiet

AVGVSTVS HENRICVS SCHILLBACH, integerrimi Parentis heic loci degentis filius bona indole praeditus Oratione Teutonica dicturus est de *Linguarum sanctorum praeflantia*.

IOHANNES FRIDERICVS OERTEL, virtutibus discentem ornantibus a commilitibus vincit haud facile passus ideoque et Patronorum et Praeceptorum, in primis Parentis, Lubichwicensium ad Elistrum Pastoris vigilansissimi, sauorem amoremque conse-

consecutus Oratione Latina contendet, Linguae Latinae decremen-
tum barbarici fore incrementum. Philyream celeberrimam petitu-
rum et ultimo Musas nostras salutaturum votis comitabuntur Scho-
iae huius ornamenta Iohannes Christianus Ebelingius, Schloebenfis,
Oratione Latina, et Job. Fridericus Meisnerus, Safenfis, Teuto-
nica, vterque ligata.

Maecte domum rediens confendas pulpita sancta,
Praemia nec studiis inferiora seras.

CHRISTIANVS AVGVSTVS PVISCHEL, Nostras, paternae pietatis et modestiae ex aſſe haeres aliquis animi decoribus conspicuus de *Gallicae linguae preio* hoc Idiomate verba faciet.

Solute vota, fuscipite mecum et cum commilitibus noua
pro MITISSIMI PATRIAE PATRIS incolumitate, qua publica salus
continetur, precati DEVM, vt velit ea semper solui, ſemperque
fuscipi! Eumque pariter precibus fatigate, vt SERENISSIMAE PRIN-
CIPI AC DOMINAE, DOMINAE ATQVE PATRIAE MATRI CLEMEN-
TISSIMAE, SERENISSIMO PRINCIPI HAEREDI, SERENISSIMIS IV-
VENTVTIS PRINCIPIBVS vna cum TOTA DOMO SAXONICA GOTHA-
NA SERENISSIMA nullo non tempore omnia optata adferat!

Sexta Dissertatiuncula Scholae Moderatoris Charaeteres coe-
pi attingere, quibus, quae sequuntur, nunc addere liceat.

Etiamſi quidem doctores singulari doctrina et mirifica qua-
dam varietate rerum disciplinarumque copia abundant, hoc vero vi-
tio laborent, vt praecelta eorundem auditores haud percepta habeant,
quod verbi obſcuritate atque tenebris circumfusis, quod permixte
confuseque tradenda proponantur: diſcentes omni dubio procul des-
derio exident pretiosissimi temporis iacturam deploraturi.

Doctrinae nobilitate cum prudentiae virtute coniuncta non
illos modo, quibus instituendi negotium est committendum, cognoscendo
eſſe ſtatuaſ, ſuperant quoque alii. Si quid, hoc artium magiſtris, qui Muſarum alumnos humaniter exceperunt, quoquo aeuo
laudi fuit, quo et generoſo animo bonaque indole ac ſana ratione con-
decoratorum parta voluntas eſt feruata. Ad quam quoque humanita-
tem, quod praefeciſci dixerim, laudes, non tamē immoderatae, di-
ligentium industrie impertiendae, quibus ſtimulus iamiam currenti-
bus iisque ingenuis additur, quibus et honesta aemulatio in aliis ac-
cedunt, mihi quidem referri poſſe videntur. Nec diſtentientem vi-
deo FABIVM Inst. Orat. Lib. II. c. 2, inquietem: *In laudandis diſci-
pulorum diſtinctiis nec malignis ſis, nec effuſis: quia res altera taedium
laboris, altero ſecuritatem parit.* Secus fentientes caueant, ne in ipſos
diſtinctis ſit, quod de ſuo tempore CAECILIVS Lib. III. Ep. 21: *Poſt
quam diſtincti facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.* O! ſi
larga, quam ſomniant, ſcientiarum penu inflati non tam ad rem ſuam
eſſent attenti nec falſis opinionebus de autoritatis grauitate, eruditio-
nis gloria, diuina instituendi ratione ante praeuium examen conceptis
decepti forent: non humane tantum faciendum, ſed fidem quoque
egregium pietatis et institutionis decus eſſe, paullo accuratiuſ conſiderarent,
horumque beneficio ſuae iſporum curiae traditi vt cognitionem
veritatum, quibus ipſi docentes cognitis perſpectiſque gaudent,
pariter conſequantur, via, qua fieri poſſet, vi breuiffima quam diligenterſiſ ſtudenter. Quamuis denique artium doctores humanitatis
ſtudii non leuiter tintiſ ſint: abſque praeuiā meditatione cathedram
conſcendi haud conſultum exiſtimabis: quod verendum, ne auro pre-
tiouſius et proſrus irreparabile tempus fabellis ineptiſque ac ludicris
rebus tritum ineffabili diſcentium detimento turpiffime perdatur.

Expen-

JK Tg 97

Exensis docentium notis non potest non fieri, quin etiam
in decora ingeniorum et morum ornamenta incidam, qui studium in
pietate, in doctrina et sapientia collocare incipiunt. Heroicis quidem,
cuiusmodi ingenia Baylio, Grotio, Pufendorffio et cui non in magno
eruditorum numero? suiss perhibentur, vt ad vnum omnes vigeant,
e re duceres discentium: verum enim vero quot sunt erudientium fa-
lubribus ac necessariis doctrinis discendi auidos, qui multos, nedum
discentium plurimos, iudicii aequae insignibus ac memoriae et ingenii
viribus excellere meminerint?

Quodsi tuum iis *Tradende*, qui teneram aetatem doctrinis et
scientiis solent imbuere, ingenium caeteris intellectus viribus non par-
ponendum, nec iudicii virtus exaequanda cum memoriae tenacitate:
haud quamquam tamen tam bardus, tam hebes tamque stupidus sis, vt
neque ideas sensuum beneficio acceptas tenere, tentasque reuocare,
neque viam veritatis inueniendis tam idealium coniunctione, quam
separatione munire, neque fana ratione adiutrice a falsis veras discer-
nere ac separare, compositas rationibus fulcire et alias veritates inde
queas eruere. Quibus mentis luminibus contra ea fulgens ad audeunda
Muſarum adyta non omnino ineptus esto habendus. Attamen ad fa-
era eadem *Admissione* tota mente omniique animi impetu in eam intellectus
virtutem incumbere et vnam folius curam, caueas agere, qua ideae
creditae tenentur. Peritisissimi erudiendi quidem magistri autoritate
Tu te tueri fustines *Inſtit. Orat. Lib. XI. c. II.* Inquietis: *Memoriam*
quidam naturae modo esse manus existimauerunt eſt que in ea non dubie plu-
rimum, sed ipsa excolendo, sicut omnia alia, angerit et totus adhuc manis
est labor, nisi caeterae partes hoc velut continentur spiritu: nam et omnis
disciplina memoria constat, fruſtraque docemur, si, quicquid audimus,
praeterfluat. Adde, inquires, memoriam primi condi initar esse com-
missa fideliter reddentis; et contrario, qui eadem vacillet, mediocrem
ab aliis gratiam initurum; qua desuper a Naturae benignitate negata
reliquas mentis virtutes optatam vim exercere non posse. Accipe ve-
ro: Tantum abeft, vt Fabii sententiam impugnare audeam, vt poti-
tius in eandem ipsius, memoriae vires excolendo reddi tenaciores,
sponde descendam. Aſt teneas, de Oratore sermonem esse, in quo
tenacior quondam requirebatur memoria, quod oratoribus, cauſarum
quippe patronis, aeuo, quo Tullius, Caecilius, Fabius florebant, de
ſcripto legere vitio vertebatur. Qum desuper aduersariorum argu-
menta illico reiicienda erant: exemplorum, legum, responſorum,
dictorum, benefactorum velut quasdam copias, quibus abundantum,
in promtu habere debebant, vt non immerito theſaurus elo-
quentiae dicendus. Iudicii tamen robur quum vna cum reliquis ani-
miae virtutibus vnum inhabitent domicilium, si puerile aetatem et
adolescentiam linguis ediscendis aut condendis carminibus aut legen-
dis veterum declamationibus transfigas nudisque nominibus et numeris
historiarumque amoenitatibus memorandī arculas compleas: veren-
dum est, ne negleſte judicii vires etiam atque etiam debilitentur.
Noli denique faeculis primas deferre, quibus discentes in ediscendi
conſuetudinem adducti ingenii neroꝝ rebus exputandis adhibere plane
*superuacaneum credidere, sed *Tu* ingenii acumine res perceptu ne-*
cessarias diſpice. Quamus autem ne vila harum virtutum, quarum
modo mentio ſaſta, desideretur; omne tamen studium niſi in litteris
*te rite praeparando, auidas atque capaces aures ad praecepta accom-
modando, percepta item reuoluendo et quaſi eundem cibum reman-
dendo, collocas: vel excellentissimas menti vires fruſtra concreditas*
effe, ne tibi furdo narretur. Quod reliquum effe, vt ne antiquis viuas
moribus, ſed meliorum dulcedini et ſuauitati ſtudeas eniteasque vir-
tutibus, quibus nihil formosius, nihil elegantius et in primis
vt earundem fundamento nitaris, sincera cohore
tatione te incitatum volo.

VII.

MVSARVM ALVMNO PRAECEPTA.

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

FRIEDERGE **FRIEDERGE**.

DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
 ANGARIAE AEQVE AC WESTFALIAE, COMITIS
 PROVINIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MIS-
 NIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNE-
 BERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENS-
 BERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,
 TONNAE REL.

B.I.G.

Black


3/Color

Yellow

Green

Cyan

Blue

IAE PATRIS AC DOMINI NOSTRI
 INGE CLEMENTISSIMI

M DEVOTISSIME CELEBRANDIS

L. MAII A. R. S. CIC 10 C C LIII.

HIS AVSPICATISSIMIS

VT

CELLENTISSIMVSPRAEFECTVRAE PRAESES, SERENISSIMO DVCI
 OTH. A CONSILIIS INTIMIS, REL.

RES AVLAE PROCERES,

RES SCHOLAE GRAVISSIMI

ET IN HIS

VENERANDVS EPHORVS

ROGINIO SVO AC FAVORE MVSAS DIGNANTVR;

Hora IX ante meridiem

ACROATERIVM MAIVS

MIGNISSIME AC BENEVOLENTISSIME AVBIENDVS
 ESSENTIA CONDECORARE HAVD GRAVENTVR,
 LIME, OBSERVANTISSIME ET HUMANISSIME

ROGAT

OH. DAVID GSCHWEND,
 RECTOR.

RE MARGGRAFIANO.

